



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De eo qui Christianum mancipium seduxerit, & sic vendiderit. xlix.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

*Si quis clericus homicidium fecerit, ab ordine cessare  
debet. Cap. XLVII.*

**S**iquis clericus, quavis nimirum coactus, homicidium fecerit, siue sit presbyter, siue diaconus, deponatur. Legimus in canonibus apostolorum, quod episcopus presbyter, aut diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto captus est, deponatur: quanto magis is qui hoc immane scelus fecerit, ab ordine cessare debet? Qui enim Christum sequi desiderat, debet sicut ipse ambulavit & ipse ambulare. Qui cum malediceretur, non maledicebat. Quum percuteretur, non repercutiebat. Cum pro nobis pateretur, non comminabatur. Et ipse in Evangelio suo precepit: Si quis te percusserit in vna maxillam, praebe illi & alteram. Non enim debemus occidere, cum dominus dicat: Audistis quia dictum est antiquis, non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Nec malum pro malo reddere, sed sicut Apostolus Romanis scribens, ait: Noli vinci a malo, sed vince in bono malum. Si quis clericorum praesens erit, vbi homicidium factum fuerit, & neque consensu, neque consultu, nec in aliquo homicidij reatu pollutus esse conuincitur, nihil ei obstat quin consecratus in gradu permaneat. Non consecratus, si alius dignus sit, promotus accedat.

*Ex concil.  
Triburien-  
si, cui inter-  
fuit  
rex Ar-  
nolphus  
cap. 11.*

*De eo si quis in hostem contra paganos dimicans interficit  
Christianos captiuos. Cap. XLVIII.*

*Ex eodem  
concil. cui  
interfuit  
rex Ar-  
nolphus.  
cap. 34.*

**S**aepe fit victoria Christianorum, victa est pars paganorum. Quare vna cum interfectis paganis percepti fuerint Christiani captiui a barbaris, quia in imperu belli nequeunt distinguantur. Idcirco iustum decernentes, statuimus, cum interfecto- rum misericordius agendum, ita vt XL diebus poenitentiae indulgentius transactis, penes episcopum sit autoritas & potestas vt perpendat culpam, agat indulgentiam.

*De eo qui Christianum mancipium seduxerit & sic ven-  
diderit. Cap. XLIX.*

*Ex concil.  
apud Co-  
fluentiam  
cui inter-  
fuit Hen-  
ricus &  
Carolus  
reges,  
cap. 7.*

**I**tem interrogatum est, quid de eo faciendum sit, qui Christianum hominem seduxerit, & sic vendiderit. Responsumque est ab omnibus, homicidij reatum ipsum hominem sibi contrahere.

FINIS Libri Sexti.